

C. H. EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
17-28. VITEBERG.
SIGNAT. C1515 CCCXIII.

41.

EPISTOLA
DE
PALLIO PHILOSOPHICO
VETERVM CHRISTIANORVM

QVA
OPTIMO PATRI
IO. GEORGIO WALCHIO
S. T. D. ET P. P.
DE
PVRPVRA ACADEMICA

PIE GRATVLATVR
CHRIST. GUIL. FRANC. WALCHIVS
S. THEOL. CVLT.



IENAE LITTERIS RITTERIANIS. 1744

EPISTOLA
PAULIO PHOTOSOPHICO
AETERNI CHRISTIANORVM
R. OPTIMO FESTA
IO. GEORGIO VINCIO
PARVARI VCGDEMICY
CHRISS. GAIL FRANC. MAROLIAS
S. TABOR CEST



1714 EITHERID KITTENBERG



PIE VENERANDE PATER.



TRADITVM est litterarum monumentis ab antiquitate scriptoribus, veteres Græcæ philosophos fardido pallio fuisse amictos, ut temperantia, quæ in prætermittendis negligendisque corporis voluptatibus cernitur, adflectarent deus aliorumque sibi adquirerent existimationem, quam eleganter contentione facile conciliari, sibi persuadebant. Quo factum est, vt quum commune Græcorum pallium, quo eos quali proprio iure vlos fuisset, ex SVETONIO a) et APPIANO Alexandrinob) discimus, ad ornatus leges esset compositum, philosophi de maiorum institutis varia immutarent. Quale inter virtusque formam positum fuerit discrimen, adcurate notauit OCTAVIVS FERRARIUS: c) non aliud discrimen, inquit, inter vulgare pallium ac philosophicum fuisse videtur; quam quod vulgare quadratum fuerit, quod ex duabus plagulis confectum fibula in humeris neceretur; at philosophicum fusus ac semitrotundum ad instar nostri, quod nempe et recti in humeris poterat, et alibi d) obseruavit, commune pallium e lana confectum et album fuisse; philosophos autem fardidum, obsoletum ac pullum usurpare. e) Verum illud non

A 2

non

a) vita August. cap. LXXXVIII. tom. VI. GRAEVII thes. antiquitat. Romanar.

p. 295. ed. GRAEVII.

d) libr. IV. cap. 14. p. 889.

b) de bellis ciuitib. libr. V. p. 1080.

e) Multa occurruunt in veterum

edit. ALEX. TOLLIL.

monumentis loca, ex quibus facile

c) de re vestiar. libr. I. cap. 4. p. 624. colligi

non omnes adhibuerunt, qui præsa ætate sapientia litteris diligenteriam suam consecrarunt; sed si tantum, qui severius vita genus tenebant, quales Pythagoræos, Stoicos et Cynicos fuisse, satis constat. Inter alias virtutis exercitationes, quas græco nomine ἀσκήσεις adpell-

colligi potest, abieictum omnique honestati ac decoro aduersum et philosophi persona plane indignum fuisse illorum vestitum. LVCIANVS de Menippo: γέρων, Φαλακρὸς, τριβάνιον ἔχων πολύθυρον, ἀπαντὶ ἀνέμῳ αναστέλλειν, καὶ τοῖς ἐπιτυχαῖς τῶν ράκων ποιάλον. Senex est, calufler, pallio induitus laero et vento cuius pernix et diversorum pannorum adfumentis variegato, dialog. mortuorum. 1. oper. p. 263. edit. GRAEVII: Cæcilius: sæpe est etiam sub forido pallio sapientia, apud CICERONEM libr. III. Tusculan. quest. cap. 23. p. 1174. oper. ed. GRONOVII. Idem vel ex eo adparet, quod preter sapientia istos magistros, tribones; suis tribonio, quo proprio nomine pallium philosphicum signatum fuit, pauperes et tenuioris sortis homines soli vestiri fuerint, vt Carrio seruus apud ARISTOPHANEM plut. act. III. scen. 2. v. 714-715. p. 35. edit. KVSTERI testatur, se ea, quæ in Aesculapii templo peracta sunt, vidisse

διὰ τὴν τριβάνιον.
ὅπας γάρ ἔχει εἰς οἰlyγας, μᾶ
τὸν Δία.
per palliolum. Nam per iouem
foramina
haud pauca habet,

ad quem locum interpres quidam adscripsit: νῦν τὴν παλαιὴν κατετριμένην ιματίην. τὸ γάρ τριβακον ιμάτιον 8τῷ καλέσθαι Αττικοῖ, significat vetus et adtritum pallium. — Nam pallium, longo usu detritum, ita vocant Attici. De nigro colore BASILIVS Cefareensis, auctore FERRARIO dict. loc. p. 897. pridem docuit: τριβάνες περιβληματί τινα. των μὲν ἥπτόρων τε καὶ φοινικοὶ, Φαῖοι δὲ τῶν Φιλοσόφων, tribones pallia sunt; rhetorum quidem purpurei; nigri vero philosphorum; eos autem philophos, qui tempore Iuliani apostatae candidum pallium gestarunt, a maiorum confuetudine discessisse, ut superbia inferirent ac maiorem consequerentur auctoritatē, satis perspicue ELIAS Cretensis testatur, comm. in Gregor. Nazianz. orat. IV. p. 431. Præter FERRARIUM, LEONHARD. AVGSTINVS in genua antiqui. part. I. n. 152. philosphi palliati exhibuit imaginem, in gemma expressam, eandemque, ex duobus marmoribus tabulis æneis incisam, IO. MEVRSII operibus adiicit IO. LAMI, vt ipse pollicitus est de apostolor. eruditio[n]e p. 75. adde LAVR. BEGERI thes. Brandenb. tom. I. p. 81.

adpellarunt, humili et inculto vestitu tegebantur, ut luxus et deliciarum studia tollerent, quomodo beatus aius meus, IO. FRANC. BVD-
DEVS, f) plenius exposuit. Sed non est, quod de ipso pallio philo-
losophico plur. dissenserat, maxime quum eruditissimi viri in argumen-
to hoc, ex germanis incorruptis antiquitatis monumentis explicando,
non sine summa legentium voluptate versati sunt, ex quibus CLAVD.
SALMASIVM, g) OCTAV. FERRARIVM, h) SAM. PITISCVM, i)
GEORG. GVL. OVERKAMPFIVM k) nominasse sufficiat; reliquo-
rum autem notitiam IO. ALE. FABRICIVS l) suppeditat.

Id potius pro commentationis meae ratione obseruare debeo,
quod pallium non in philosophorum scholis inclusum se continue-
rit; sed vna cum ascetarum nomine in sacrum christianorum cœtum
fit introductum. m) Illud quidem iis imponebatur, qui seueriorem
disci-

f) exercitat. de cœnætis philo-
soph. §. xi. sqq. quam postea in ana-
lecta hist. philos. transfusit, p. 427.
Nequit tamen dissimulari, pleros-
que eo consilii sumfisié pallium, ut
aliorum oculos in se conuerterent
eosque in sapientie, quam profite-
bantur, venerationem attraherent.
Quo nomine eos inter veteres ca-
stigarunt: Socrates apud DIOG.
LAERTIUM de vitis philosoph. libr. vi.
segm. 8. p. 320: edit. MENAGII et
ELIANVM libr. ix. var. histor.
cap. 3. p. 582. ed. PERIZONII:
Herodes Atticus apud GELLIVM
noct. Attic. libr. ix. cap. 2. p. 427.
edit. IAC. GRONOVI: QVINCTI-
LIANVS proem. libr. i. in finit. orat.
p. 8. edit. BVRMANNI: SENECA
epist. v. tom. 2. oper. p. ii. 12. edit.
GRONOVI ET LACTANTIVS
libr. III. institut. diuin. cap. 35 p. 397-
et libr. v. cap. 2. p. 577. ed. BUN-
MANNI: ex recentioribus autem
IOANN. BVRCH. MENCKENIVS
declaimat. de charlat. eruditior. p. 82.

g) prolegom. ad obseruat. in Ter-
tullianum libr. de pallio p. 2. sqq.
h) de re vestiaria part. II. libr. 4.
cap. 14. sqq.
i) lexic. antiquitat. tom. III. p. 16.
et 624.
k) diff. de vestitu, præcipue pal-
lio philosoph. Iena M DCC XXXIII
edita.

l) bibliogr. antiqu. p. 572. De
Pythagoræorum pallio speciatim
agit IO. SCHEFFERVS de natura
et constitut. philos. Ital. p. 132.

m) Eruditissimi viri, CAROLVS
FRESNAEVS CANGIVS, DIONYS.
PETAVIVS, IOANN. BAPT. CA-
SALIVS, IAC. PAMELIVS, IOSE-
PHVS SCALIGER existimarentur,
omnes optimi seruatoris cultores
olim tale vestimentam adhibuisse.
Exquisitis tamen argumentis demon-
strarunt: CAESAR BARONIVS
annal. ad ann. chr. CXCVII. tom. II.
p. 284. CLAVD. SALMASIVS ob-
seru. ad Tertull. libr. de pallio p. 4.
et OCT. FERRARIUS cit. loc. p. 898.
fen-

disciplinam sequebantur, qualeum olim superstitionis sapientiae magistri exigebant, ut aliis vita integratis ac sanctimoniae darent documenta. Facile enim in id adducor, ut iis adsentiar, qui originem ascetarum christianorum ad philosophos, veris sacris initios, referendam esse, arbitrantur. Quippe qui quum deos adhuc colebant,

sententiam hanc longe a veritate esse alienam. Monent, illos antiquis testimoniis minus integre vti: HIERONYMI verborum: *εἰδικοῖς ἄρα ἀνθρώποις καὶ Φωτεινοῖς καλλίληπον τὸ λευκόν, πασιστις βομβίνοις et illuminatis respondet color albus, pedagog. libr. III. cap. II. p. 286. edit. POTTERI: conf. libr. II. cap. IO. p. 235.* Quae ad nostram etatem pertinerunt, historiarum monumenta notarunt sane Iustinum martyrem, Aristidem et alios, quod pallio sicut vbi; id quod non accidit, si pallio commune christianorum fuisse induitum. Quid? quod IUSTINVS martyr nobis auctor sit, Tryphonem ex pallio accepisse documentum, quod philosophus sit; minus autem, quod christianam profiteatur religionem, dialog. cum Tryph. p. 2. edit. IEBB. Legenda sunt, quae hanc in rem protulit IO. LAMIVS libro de eruditiorne apostolorum, quem Florentiæ M DCC XXXVIII. 8. in lucem emisit, p. 97. Quocirca hic in primis curam verterunt viri summi, ut coniiciendi solertia et veterum testimonia conquirendi assiduitate controuersem comparent et item expedite deciderent. Principem heic locum iure suo obtinet, quem modo nominaui, CÆsar BARONIVS, quippe qui non dubi-

*de bono patient. p. 247. oper. ed. RA-
LVII et CLEMENS Alexandrinus:
εἰδικοῖς ἄρα ἀνθρώποις καὶ
Φωτεινοῖς καλλίληπον τὸ λευκόν,
πασιστις βομβίνοις et illuminatis re-
spondet color albus, pedagog. libr. III.
cap. II. p. 286. edit. POTTERI:
conf. libr. II. cap. IO. p. 235.* Quae
ad nostram etatem pertinerunt, historiarum
monumenta notarunt sane Iustinum martyrem, Aristidem
et alios, quod pallio sicut vbi;
id quod non accidit, si pallio commune
christianorum fuisse induitum.
Quid? quod IUSTINVS
martyr nobis auctor sit, Tryphonem
ex pallio accepisse documentum,
quod philosophus sit; minus
autem, quod christianam profiteatur
religionem, dialog. cum Tryph.
p. 2. edit. IEBB. Legenda sunt, quae
hanc in rem protulit IO. LAMIVS
libro de eruditiorne apostolorum, quem
Florentiæ M DCC XXXVIII. 8. in
lucem emisit, p. 97. Quocirca hoc
in primis curam verterunt viri summi,
ut coniiciendi solertia et veterum
testimonia conquirendi assiduitate
controuersem comparent et item
expedite deciderent. Principem heic
locum iure suo obtinet, quem modo
nominaui, CÆsar BARONIVS, quippe qui non
dubi-

rent, ambitionē magis; quam incorrupto virtutis amore trahi, auferum et grauius vita genus seclati sunt; postquam vero christo nomen professi sunt, illud non solum magna in deum pietate adlecti retinuerunt; sed etiam sua auctoritate effecerunt, vt quamplurimi, sive clerici; sive laici: sive feminæ; sive mares fuerint, illos imitarentur. Quæ fuius explanare et idoneis probationibus confirmare, cum nimis longum; tum superuacaneum fore, censeo, quum multam ad hoc argumentum contulerint diligentiam præclaris antiquariorum rerum magistri: ISAAC. CASAVBONVS, n) JOSEPH. BINGHAMVS, o) BALTH. BEBELIVS, p) IOANN. FRANC. BVDEDEVS, q) SALOM. DEYLINGIVS, r) GEBHARD. THEOD. MEIERVS s) ceteri, quos non solum nominasti; sed etiam ipse luculenter de eo commentatus es, DILECTISSIME PATER.

dubicanter adseruit, pallium philosophicum veterum ascetarum fuisse proprium, annal. tom. II. p. 285. nec defuerunt, qui eum sequentur. Hoc nemo diffitebitur, qui cum Baronio comparabit, quæ IOSEPHVS BINGHAMVS origin. sive antiquit. eccles. libr. VI. cap. 4. §. 19. vol. 2. p. 421. GVIL. CAVE in dem ersten Christenb. p. 322. PETRVS ALLIX differt. de Tertulliani vita et scriptis p. 50. NICOLAVS RIGALTIVS obf. ad Tertulliani libr. de pal- tio, quas eiusdem operibus subiunxit, p. 35. ex OCT. FERRARIUS p. 898. nobis reliquerunt iudicia. Illud autem molesterefero, quod CLAUD. SALMASIUS dicit. loc. p. 7. pallii vnum ad solos presbyteros referat et scribat: non omnium, qui christianam fidem profiterentur, habuitum fuisse pallium; sed solorum presbyterorum. Nihilominus vti, paucis interiectis, p. 8. ait: inter christia nos habitum illum philosophicum, hoc

est, pallium neno tunc temporis usur- pavit; nisi qui christianum vere phi- losophum agere vellet, hacque saepe et diuersis locis repetit; ita iusta conclusione inde confici potest, eum pristinam sententiam murasse et BARONIO accessisse. Etenim non est, quod cogitemus, SALMA- SIVM credidisse, omnes presbyte- ros in ascetarum ordinem fuisse ad- scriptos, quoniam prater alia mo- menta, Gallicanorum sacerdotum exemplum huic sententie contra- dicit.

n) exercitat. ad Baronii annal. I. L. sect. 13. p. 170. sqq.

o) origin. sive antiquit. eccles. libr. VII. vol. 3. p. 1. sqq.

p) antiquit. eccles. sec. IV. tom. 2. p. 891.

q) analect. histot. philos. p. 441.

r) diff. de veterum ascetis, part. III. obser. jucr. adiecta.

s) diff. de ascetis.

PATER. 1) Atqui in eorum numero, quibus ascetæ hi a reliquis christianis discernebantur, primo fere loco reponendum est pallium philosophicum. Ita sentiendi, uberiorem suppeditam rationem, quæ ex selectioribus antiquitatis monumentis adscribam.

SOCRATES *scholasticus* u) de Siluano: ἀριθμὸς δὲ χριστινίζειν εἰσαγόνως καὶ τὸν ἀσητινὸν βίον ἀσκόν, τριβῶντα Φόρειν ἐπονέρτῳ, quum ad christiana religionis perfectionem tenderet, et asceticum viuendi genus consecraretur, pallium gestare recusavit. Quibus verbis haud obscure significavit, Siluanum contra confutidinis, in ciuitate christiana recepta, leges egisse, quim se ascetarum ordinis addixerit; nec tamen philosophicum pallium sumserit. Etenim tantum absit, ut in adfensum me ducat HENR. VALESIUS x) conjectura, qua effatum hoc de tribone rhetorum interpretatur ac credit, Siluanum reprehendi, quod Troili sophistæ scholam deseruerit ac abiecto pallio monasticam viuendi rationem suscepit; vt consonantem potius ac communem eruditorum de hoc loco opinionem mihi comprobari, ingenue fatetur. Idem ascetarum exempla testantur. Quorum quantum ingens sit multitudine, primaria tantum et ceteris illustriora adferam. Primum ex pagano scriptore, LVCIANO, y) repeatam, qui de tali asceta ait: Χλευόχαριος, τριβῶντος ἔχων πολύταχτον αὐτοῦ δέοτος τε καὶ ἀσκητός, Chleuocharmus, pallio, quod caries consumferat, indutus, excaleptus præterea et aperto capite, et. Huc etiam spectat pallium philosophicum Porphyrii apud EUSERIVM. 2) Inprimis memoranda sunt eximia virtutis laude florentissimæ feminæ, quæ dum se superioribus sanctioris vita exercitis dedissent, pallium hoc perinde ac mares adhibuerunt. Ita legimus in menologio Greco a) de Hermione: ὁ Βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐπεν. ἀραιτες τὸ πάλλιον ἀπ' αὐτῆς, τύπετε αὐτὴν, imperator Adrianus dixit: remouentes pallium ab ea, verberate eam. Ideoque de Euphemia martyre Asterius apud THEOD. RVINARTVM b) memoriarum prodidit et in concilio Gangrensi sanctum

1) hist. eccl. nou. testim. sec. IV.
cap. 2. sec. 3. §. 7. p. 166.

u) libr. VII. hist. eccl. cap. 37.
p. 381.

x) adnotat. ad b. I. p. 91.

y) philopatr. tom. II. oper. p. 775.

2) libr. de martyrib. Palæstina,
qui libro VIII. hist. eccl. subiungi
solet, cap. II. p. 339.

a) mens. septembr.

b) act. primor. martyr. p. 491.

citum fuit: c) ἔτις γυνὴ διὰ νομιζομένην ἀσκησιν μεταβάλλονται αὐτίσσιμα, καὶ ἀνὴ τῇ εἰωθότος γυναικίς αὐτίστηματος ἀνδρῶν ἀναλάβοι, ἀνθεμαὶ ἐσω, si qua mulier proper eam, qua existimat, pietatis exercitationem vestem mutet et pro consueto indumento virile accipiat, si anathema, ad qua verba BALSAMO notauit, canone isto non omnes mulieres, quæ pallium hoc vlrperint, reprehendi, siquidem multæ, singulari virtutis laude eminentes, fuerint pallio amictæ, ad asceticæ vitæ cursum peragendum, in quibus Melanen et Eugeniam nominauit.

Quemadmodum igitur ascetæ apud omnes reliquos christi cultores summas pietatis existimationem obtinuerunt; ita imprimitis vñto venit, vt qui ecclesiæ ministros eligendi et constituendi ius habebant, haud raro ex illorum ordine quosdam muneribus sacris admonerent. Seculo post salutarem virginis partum quarto hanc in rem Arcadius imperator legem tulit d) et ATHANASIVS e) varijs recensuit, qui monachi et posthæ rebus gubernandis praefecti fuerunt. Quem omisit, præcipue huc spectat paullo ante a me nominatus Siluanus, de quo SOCRATES tradidit, quod Atticus episcopus illum, postquam ascetarum ordini se se addixerat, Philippium facrorum praefulem consecraverit. Hinc non mirum est, quod apud scriptores ecclesiasticos tot palliatorum episcoporum exempla occurrant. In his enim Iustinus martyr, qui postquam ad lucem diuinarum veritatum peruenit, μεγάλως ἐξασκηθεῖς multam vitæ ascetica dedit operam; vii EPIPHANIVS f) habet. Non solum autem Trypho ex pallio collegit, eum philosophum esse; g) sed testatur etiam de illo EVSEBIUS: h) μαλιστα ἡκμαζεν ἐπὶ τῶν δὲ ἑταῖρος ἐν Φιλοσόφῳ σχήματι περιστενῶν τὸν θεῖον λόγον, præ ceteris maxime florbat Iustinus, sub habitu philosophi verbum dei predicans, cui HIERONYMVS i) et PHOTIVS k) adiungi possunt. De Tertulliani pallio locupletem testem aduoco, ipsius

B

quippe

c) canon. XIII. apud GVIL. baref. 46. tom. I. oper. p. 391. edit.
REVEREGIVM pandet. canon. tom. I. PETAVII.

p. 422.

d) codic. Theodos. libr. XVI. tit. 2.
de episcopis leg. 32.

e) epist. ad Dracont. tom. I. oper.

P. 937.
f) aduersus baref. libr. I. tom. 3. SCHOTTI.

g) dialog. cum Tryph. p. 2. ed. LEBB.

h) bish. eccl. libr. IV. cap. II. p. 125.

i) de viris illustrib. cap. XXIII. p. 91.

ed. FABRICII in biblioth. eccl.

k) biblioth. cod. CXXV. p. 304. edit.

quippe *librum de pallio*, quo satis liberaliter vestimenti sui caussam egit aduersus iniustam ciuium calumniam, qua cum inconstantia mentisque leuitatis adcusarunt. *l)* De tempore, quo id contigit, diuersae sunt eruditorum sententiae, quarum heic confidere indicem, mili per spatiis angustiam non integrum est. Sufficiat notasse, *PETRVM ALLIXIVM m)* egregiis rationibus innixum, ostendisse, quod scriptio haec inter eos fetus sit numeranda, quos Tertulliani ingenium exclusit, postquam Montani partes amplexus fuit. De Ari-
stide, apologetice artifice, habet *HIERONYMVS n)* *Aristides, Atheneensis philosphorus eloquentissimus et sub pristino habitu discipulus christi*; Athenagorai autem ex *PHILIPPI Sutori o)* auctoritate palliatum iam introduxit celeberrimus *IACOB. BRUCKERVS. p)* Qui seculo post natum christum tertio in schola catechetica Alexandrina magistri partes implevit et postea ibidem episcopi munus obiit, Heraclas itidem pallium philosophicum gestauit, ut *EVSEBIVS q)* et *HIERONYMVS r)* expresse testantur. *s)* Haec atque alia

l) Quo proposita magis perspiciantur, obseruari debet, antiquos idolorum cultores ex pallio philosphico christianorum exceptiſe offenditionem cauſamque atripiſſe, eos in fraudationis crimen vocandi. Queritur de hac iniuria *HIERONYMVS*: *si tunica non conducit, statim illud et trivio: impostor et grecus est, epif. xxiii. ad Marcellam tom. iv. oper. part. 2. p. 51. edit. MARTIANAEI,* item: *ubiqueaque viderint christianum, statim illud ex trivio: χριστιανός επί-* *Dērūc, epif. xlvi. p. 556.* Præter priores nostri argumenti scriptores, legi possunt: *CHR. KORTHOLTUS pagan. obrect. libr. iii. cap. 3. p. 466.* *IOS. BINGHAMVS origin. fine antiquitat. ecclif. libr. i. cap. 2. §. 4. vol. i. p. 18. sqq.*

m) *diff. de Tertulliani vita et scrip- tis cap. vi. p. 50.* Libri historiam

pariter ac ea, quæ de isto inter Salmasium et Petauium disputata sunt, enarravit *IO. ALE. FABRICIVS biblioth. lat. vol. III. p. 356.*

n) *cit. loc. cap. xx. p. 86.*

o) in fragmento, ab *HENR. DODWELLO* in fine *dissertat. in Irenæum edito*, quodue etiam *FABRICIVS lac. salut. euang. cap. ix. p. 188. exhibet.*

p) *biflor. critic. philos. tom. III. p. 401.*

q) *libr. vi. biflor. ecclif. cap. 19. p. 221.*

r) *diff. loc. cap. LIV. p. 127.*

s) His, iam a me memoratis, ad derem Eustathium, Sebastianæ episcopum; nisi notissimum sit, eum animum habuisse, longe alienum a vero simplicitatis et modestiæ, in vestibus conspicuer, studio, quo illi adducti fuerunt, ut pallium sumerent. Etenim quum sequioribus seculis

cum

alia exempla rem satis expeditam faciunt, antiquis temporibus episcopos et presbyteros pallio fuisse vsos. Id autem studiose obseruari velim, pallium hoc nunquam sollemnem certumque vestitum fuisse ecclesiasticorum hominum; nec eos villa lege adstrictos, illud gestandi. Semper id ignorarunt, qui in Gallia sacris fungebantur officiis ac quum nonnulli pristinum habitum cum philosophico commutarent, ægre id tulit Cælestinus, Romanus antistes, vii JOSEPH. BINGHAM VS t) exposuit. Ut plura hanc in rem edidferam, scriptoris forma haud patitur. Quamobrem vberiorem eorum

B 2

expli-

cum dignitate et auctoritate praesulum, que indies cresebat, adoleceret mollities et luxus, quem perspicue declarabant vestimenta, accidit, ut pallii istius vsus apud homines sacri ordinis esset rarius. Quocirca Eustathius commodam sibi oblatam esse, putabat occasionem, severiorem disciplinam restituendi ac philosophorum vestitum renouandi, quo nominis gloriam et sanctioris vite laudem consequeretur. Restamen minus prosperè cessit. Namque Eulalius, pater eius, episcopi munere filium priuauit, ἐπειδὴν ἀνάπορον τῇ ἵρωσιν σολῆν ἡμέρᾳ, eo quod vestem, minus suadet convenientem, gesuauerit, uti SOCRATES històr. ecclés. libr. II. cap. 43. p. 156. scribit hancque vestem, paucis interiebris, Φιλόσοφος χημαρ, philosophi habitum adpellat. Sententia hæc non solum in concilio, ad confutandas damandasque pravaas Eustathii opiniones, quibus haud paucos inficerat, Gangre an. CCCXL congregato, adprobata; sed ipi etiam aperte exprobratum est, quod in pallio salutis aeternæ spem et fiduciam posuerit, aliosque, qui cum eo

t) origin. ecclés. libr. VI. cap. 4.
§. 19. vol. 2. p. 421.

explicationem, quæ a me breuiter dicta sunt, in aliud tempus referuo, vbi etiam præterita et omitta supplendi perinde ac in rationes, quæ veteres feruatoris cultores ad pallium sumendum impulerunt, inquirendi, locus erit. Lubens hunc laborem suscepit, maxime quum luculenter cognoui, viros suumos, qui ante hoc argumentum tractarunt, satis habuissent, quod alii iter monstrarent eosque in apertam viam deducerent, in qua tuto ad hoc christianas antiquitatis caput inuestigandum inceditur.

Atqui hec fuit causa, quare TIBI, OPTIME PATER, pallii philosophici historiam, ex incorruptis rerum gestarum monumentis repetitam, tradidi, ut publice significarem latitiam, quam ex purpura academica, humeris TVIS quintum iniecta, concepi et gratulandi officium rite ac sollemni ratione persoluereim. Deum immortalē imploro, vt TE salutum perpetuo conseruet: vires mentis ac corporis augeat et corroboret: consilia, instituta et quæcumque in prosperitatem nostræ musarum sedis agis; aut meditaris, fortunatissimo suauitate successu et ad exoptatum perueniant exitum. Muniat TE cælesti gratia ac omnia pacata et tranquilla efficiat; remoneat vero cunctos tristiores humanæ fortis calus TE que ab omni perturbatione tutum sistat et liberatum. Hec est summa votorum, quæ pro TVA salute et pro felicitate splendidi muneris, quod sustinnes, pia et castissima mente facio. Audiat ea supremum numen. Sic firma stabit incolumentis TVA: sic florebit academiæ salus: sic clariora cælestis gratiarum auxilii et presidii documenta subleuabant officii molestias: sic aliorum, qui TIBI et litteris bene cupiunt, adplausus suscepitos superatosque labores confolabuntur: sic denique et mea fortuna, quæ a TVA dependet, habilietur et amplificabitur ac uberiori nanciscar materiam, de perfugio, quod mihi meisque misericordiæ prebuilti, porro latandi et renouandi gratulationes, vbi depositis per diuinam clementiam fascibus, litteris TVIS pristinum et suauissimum otium fuerit restitutum. Vale meque TVO incredibili amore complecti perge.

Iena, d. x. augusti CIO IOCC XXXXIIII.



Ung. VI 98

= [Dissertationes theol.
Vol. I & II.]




KD 17.100





B.I.G.

Farbkarte #13



EPISTOLA
DE
PALLIO PHILOSOPHICO
VETERVM CHRISTIANORVM
QVA
OPTIMO PATRI
IO. GEORGIO WALCHIO
S. T. D. ET P. P.
DE
PVRPVRA ACADEMICA

PIE GRATVLATVR
CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHIVS
S. THEOL. CVLT.



IENAE LITTERIS RITTERIANIS. 1744

